

Alexander videns, etiam sine hostium vi per se molem fatiscere, multum animo est commotus: ut quid consilii capiendum esset, non satis prospiceret, atque oppugnationis cœptæ jam eum pœnitiret: Tandem laudis cupidine atrectus, arbores maximas in montibus concidi, & ad mare compottari fecit: demersaque simul cum ramis, eas ad vim fluctuum frangendam objecit. Diod. lib. 17.

Obfessi à Demetrio Poliorcete Rhodii, ædificaverunt intus murum alterum, secundum longitudinem ejus muri, qui in oppugnationibus laboraturus erat. Utebantur autem lapidibus diruentes theatri ambitum, & vicinas domos: præterea fana quedam diis polliciti pulchriora se ædificaturos, urbe conservata. Diod. lib. 20.

TULLIUS CRISPINUS, post infamiam adversus Pœnos dimissionem, qua Collegam Marcellum amiserat, cum comperisset potitum annulo interfecti Annibalem, literas circa municipia rotius Italia dimisit, ne crederent epistolis, si quæ Marcelli annulo obfignatæ perferrentur. Monitione consecutus est, ut Salapia, & alia urbes frustra Hannibalis dolis tentarentur. Front. lib. 4. cap. 3.

Ambracium oppugnante Fulvio Nobiliore Coss. Rom. quantum murorum consul discutebat, tantum oppidani ab Ætolis adjuvi, interiore parte reponebant. Æstque interim penè in urbem penetratum cuniculo ad muros actò. Sed re animadverta, solum Ætoli ex transverso effoderunt, atque ita obviam hostibus ierunt, dimicatioque est in cuniculo, nec ulla vi magis victa fuit Romanorum pertinacia, quam novo oppidanorum commento. Dolium pluma oppletum cum tenuibus fistulis in cavernæ ostio obstruxit: inde à tergo follibus adhibitis, nidore incensæ plumæ, fumoque miles à propolioto est avertit. Sabellicus libro 7. Ennead. 5. In Polse- mns libro 6.

Cuniculis Rom. Themiscyram oppugnantur, bello Mithridatico. Quibus multifariam itum est obviam ab hoste, apum examinibus, urtis, aliisque ferarum generibus in operarios ex adverso immisis. Sab. lib. 4. Em. 6.

Miraculum naturæ est, laricem non solum succi amaritate vehementi à cœge, tuncque non corrupti, verum nec flammam recipere, nec ardere per se nisi ut saxum in fornace ad incouendam calcem lignis uraturaliis: nec flammam idèo fice quoque recipit, nec carbonem remittit, sed spatio longiore vix comburitur, quod fit minima ignis, & aeris temperatura. Cognitum id summa C. Jul. Casaris admiratione apud Laringum oppidum in Padi præcipitibus situm ex arboris copia nuncupatum, quando ignibus obvallata turris superstiti citra nocuumentum. Cæli. lib. 10. cap. 10. Ad.

Venetis profligati à rege Gallie Ludovico XII. cum urbi quoque ipsam intendunt putarent, docti à presentibus rebus, quantam reipub. diuturnitas, & incrementum in se unos omnium regum invidiam, atque odium concitasset: Decemviri duodecim legerunt cives dignitate præditos, qui vada urbana, atque litora, adhibitis ejus rei peritis hominibus, diligenter inspicerent, ut aditus, si qui essent apertiores, castellis muniterentur. Tum aditus operum publicarum numerus: iustitiamque ut omnes insulas, & domos, vicorum magistris perlustrarent: quantaque esset in urbe advenarum multitudo, quanta armorum privatim ab his comparatio, cognoscerent, ceditumque pœna capitis propositum, ne quis armatus incenderet: vigilæque noctu vicatim, & præfecti cum militibus dispositi, ne quis temerè tumultus exoriri possit: etiam lex lata, ut tremens octo urbis præsidio armarentur: missique multo maximus frumenti numerus ab annonæ magistratu ad molas farinarias in Taurifanos fines, domi motus adferendus, ne, si eæ ab hostibus melle intercepterentur, civitas farina inopia laboraret: molæque aliquot, quas naves sustinebant, è Pado Athetique ad urbem perductæ: cogitatumque ut molæ aliæ, quas vertere ventus quirit, in suburbanis insulis fabricarentur: puteique per plures in portu litore foderentur: ut si à fluminibus aqua propter hostes circumfusos peti non posset, iis puteis civitas uteretur. Missi etiam publicè lecti cives ad arborum in Medoacris ripis cadendam, atque ad urbem devendam, ut materia civibus ad munitiones in propugnatione suppeteret, & hostibus ad oppugnandam, vel obsidendam urbem deficeret. Bemus lib. 3. biff. Ven.

AMURATES Turcarum Imperator Albam Græcam cuniculis aggressus, per montem medium, contrariis Christianorum cuniculis clam actis, non modo ab incepto desistit, verum

etiam XVII. milia hominum, quæ in cuniculos spe mox in urbem irrumperendi cum equis, & camelis in defugatione, fumo & igni evectorum amittit, amissis pœnis in oppugnatione odio milibus hominum. Itaque septimo mense obsidionem turpiter solvit. Bonfin. lib. 4. Dec. 3.

Tempore Basilii Imp. Esmân Tarfi Amiras, urbem Euripi oppugnaturus classem instruit. Strenuè verò Oppidani propugnantes, ante vallum apud eam magnam auro plenam ponit, atque hanc, & centum captivarum virginum lectissimas præmiis loco fe ei daturum promittit, qui in murum primus evasisset, suisque victoriæ auctor fuisset. Id cum viderent oppidani, tessera data omnes portas aperuerunt, & in Barbaros acrem impetum dederunt. Primo concursu Amiras lethali accepto vulnere cecidit, multique cum eo occisi sunt: reliqui in fugam conversi, instantibus Romanis, usque ad reliquas naves ingenti cum clade suorum contenderent. Cedrenus.

Oxonienfes cives in Anglia anno 1489. obfessi à falso Ricardo Eboracense, cum in portis infringendis studeret, & ignem subiticeret: ignem igne arcendum rati, ligna fractis jam portarum claustris ad incendium addunt, quo flamma utrumque erumpens, & cum omnem additum occupans, perinde hostem ingressu, atque suos exitu prohiberet: ipsi interius fossas aliaque intus pro foribus munitiones fecerunt. Molydorus libro 26.

Apud Septentrionales, cum hyeme flamma, & lacus congelari soleant, sic ut hostibus liberum dent ad arces, & oppida, alioqui invicta, accessum: insitar fossæ glaciem excindunt, & in aggerem coarctant: mox aquam copiosum adipem phocarum, vel balnearum insundunt, cujus lubricitate glacies impeditur, augetur infirma redditur. Oliaus lib. 11. cap. 32.

Pragenfes, Hussitæ acem munitissimam, Caroli Lapidem dictam, obsidebant. Fons extra citra mœnia in medio præruptæ rupis, unde aquam oppidani necessariam hauriebant, & turris desuper vetusta, qua tuerentur aquant. Hanc Pragenfes dirucere machinis conabantur. Fama est in potestatem obsessorum primarium quemdam Pragensem civem incidisse, eumque in turris culmine deligatum, dato per irrisionem in manu sabello, quo lapides balista missos quasi multas abigeret, paruos quippe concivi suo Pragenfes arbitrabantur. Illos nulla misericordia flexos saxa ingentia quam plurima proiecisse: hominem verò, cum diem integram intactus perseverasset, hostium magis misericordia, quam civium suorum humanitate servatum. Aneas Sylvius cap. 44. bistoria Boem.

Quintum oppidum Nicolizza præfectus strenuè contra Turcas defendit. Cum enim Habraimus Basarum Turcorum princeps, sub Solymanno istud anno Salutis 1532. tribus in locis cuniculis oppugnaret: difficilis, & prorumpente muro, Quintiano presentibus animis intortus munitiones extruxerunt, & femina præferent cuniculis diligenter obviam ierunt. Jovius lib. 30. Hist.

Anno Sal. 1487. in oppugnatione Rovereri, milites Sigismundi Ungariæ regis pilas ferreas, non magno periculis coherentes, picis, atque bituminis plenas, igne incluso tormentis muralibus impellebant. Eæ pilæ muro impactæ infringebantur, ac plures in partes dispergebantur: quibus ex singulari ignis proliebat acri cum flamma, sic ut quæque carum pars quantumvis parva hominem corripere: pice autem illis retinebantur, ne excuti, neve reiici possent: ita fiebat, ut neque in muro consistissent, neque quo opus essent administrandi, neque fe defendendi militibus facultas daretur. Quod ubi semel actum iterum est à Venetis animadvertum, culcitra, centoneque, quos habere poterant, aquas immergebant, coque pinis, & fenestris, ex quibus propugnarent, interponebant: iis neque pice adhærere, neque ignis nocere propter humorem poterat. Ita se tandem, compluribus suorum ante absumptis, præmunire, ac tueri didicerunt. Bemus lib. 1. biff. Ven.

Cum Solymanus Turcarum Imp. anno 1529. Viennam obsideret, partumque ob inopiam muralium tormentorum proficeret: labor, totaque spes subruendi muri apud Turcas posita erat in cuniculis, qui tribus in locis subter fundamenta mœnium ducebantur. Quorum operum sonitum sedulo auscultantes Germani, & quo tenderent, telluris commotæ pulsus certis plenorum aqua pelvium, & tympanorum militarium instrumentis deprehendentes, paribus cuniculis occurrebant: quando necesse esset tympana solo apposita (pilis præferent impostis) vel ex minimo terræ motu com-

mota

mota membrana palpitate, vasa autem pariter concussa tellure crispantem aquam ostendere. Ad hac suspensus in partibus murum intortus ingentium trabium tibicinibus effulgebant, ut casura extorsurum mœnia proruerent. Itaque cum excitatis ab hoste cuniculorum ignibus, ad Carinthiam portam magna pars muri tremefacta, incolum tamen turres miseret, atque extra prolaberetur: Turcæ præditi ruina, & confertim ingrediti conati, facillè ab armata Germanorum phalange repulsi fuere. Jovius 1.28. biff.

NEGLECTUS PROPUGNACULA NULLA. MURI NULLI, DEJECTI.

Lacedæmonii cum periclitarentur, ac de civitate mœnibus eingenda consularent, Homericum carmen recitavit Iæus sophista.

Scutum hæsti scuto, galea galea, atque viro vir. Et adjece: sic mihi stare Lacedæmonii, & muris cincti sumus. Philostratus in Sophisti.

Panthæodam Spartano, auctores produnt celeberrimi, cum legationem obiret in Asia, ostentantibus nonnullis præmunitionum, latum ac sublimem murum, respondisse: vii rēs dūs à Gēro, xēdō yuuzōkōis, Per Deos pulchra, & hospitibus, est gænonicis, id est, mulierum domus. Ad eandem ferè sententiam videtur Lycurgus præclare dixisse, ut dicitur in rēgōn, rēdō, & sic ad dēdō ad dēdōnē rēpōnōnōn. Nequaquam sine mœnibus civitatem diei, quo viros, non lateribus præcinda foret. Nam & Agellus civis ostendens armatos, rēs rē dēu, & sic, rē dēu dēu dēu rēdō: Hæc sunt, inquit, Spartz mœnia. Idem monstranti cuidam murum egregie structum, atque prælatum, fescitanique (inquit) si mulieres, non vii sint inhabitaturi. Cæli. libro 26. cap. 32. A. L. ex Plut. Lucin.

Idem cum à quodam percontaretur, quam ob causam Sparta non mœnibus cingetur? Civitatem non faxis, lignisve, sed per vallis, ac mœnibus, incolentium virtute muniti oportere, ait: quos si jungit concordia, nullus potest esse murus inexpugnabilior. Plut. in Laco. Apopb.

CILIVS Arcas Lacedæmonie regens, cognito quod Spartiatæ muniendo Isthmo consilium agerent, Athenienses autem extra Peloponnesum egredierentur, prædixit: Nisi Athenienses, ceterique Græci rem feliciter adversus Perfas gesserint, multos aditus in Peloponnesum habebunt Barbari. Hec sermone persuasi Lacones Isthmo longum valedixerunt, seque omnibus Græciis belli socios adjunxerunt. Polyæn. 1. 5.

DARIUS post reditum è Scythia intelligens Nomadas adversus fe transfugum parare, ad ea ulciscenda, quo perpesti fuerant, veritus ne urbes Propontidis exercitui transfugum præberent, eas exussit. Strabo lib. 13.

In gente Scythica ex omnibus humanis negotiis unam maximum, quantum nos scimus, excogitatum est, neque quisquam, aut ei eos fe conculerit, aufugere: neque ipsi capi possint, aut ne inveniari quidem, si nolint. Siquidem nullæ sunt eis urbes, nulla mœnia extructa. Domos secum ferunt singuli: equesque feque sunt sagittarii, non pane videntes, sed ex pecoribus: pro domibus plaustra habentes, imbelles alioqui futuri, & ad dimicandum inhábiles. Hæc sunt ab eis inventa cum opportunitate terræ, tum fluminum beneficio. Nam hæc terra cum fit campestris, sua fronte uliginosa est, & humidâ, eamque interfluunt flumina non multo pauciora numero; D quam in Ægypto fossæ. Herod. lib. 4.

SIMON Judæorum dux, & pontifex, expugnata Hierosolymorum arce (quam ab Antiocho Epiphane munitam Macedones per 30. & amplius annos occupaverant, & tributum à Judæis exegerant) solo eam æquavit, fe posthac esse postea hostibus receptaculum, neve inde urbi aliquod inferretur incommodum. Quo factò vifum est ei opere præcium, si mons quomodo, in quo sita fuerat, complanaretur, ut solum templum emineret: effecitque id, commemoratis pro concione malis, quæ à prædicatoribus in eam diem Judæi passi fuerant, quæque etiam in posterum ferre cogetur, si externus aliquis princeps ei loco imponeret præsidium. Adeoque per motus est ejus exhortatione populus, ut non intermisso per triennium neque die, neque nocte opere, tandem ad planiciem eum locum indefesso labore per vices sibi succedentes redegerint, atque ita nihil reliquerit, quod obsideret, quò minus templum omnibus in urbe locis effect longè. Josephus libro 13. capite 12.

Συδῶν ἰσχυρία, id est, Scytharum solitudo, in proverbium abiit, apud Aristophanem in ἀχαριστοῖς.

Ἐξολιδὸν στυγερὰ κείνη τῆς σκιδῶν ἰσχυρίας, Impedimentum deperire Scythicæ solitudinis.

Commentator indicat proverbium dici solum de ingenti solitudine, quòd Scythia nullis certis sedibus utatur, fed vagi ferantur in plaustris: camque ob causam regio feris abundat. Apud Q. Curtium lib. 7. Scytharum legatus ad hunc loquitur modum: Scytharum solitudines Græci etiam proverbiale audio cludi. Nos deserta, & humano cultu vacua magis, quam urbes, & opulentos agros sequitur. Erasmus in Adagiis.

URBIUM AFFLICTIO PASSIONIS. UTRUPA.

Delote penitus.

Babylonem olim orbis dominam funditis everfam suo tempore D. Hieron. testatur, inquis. Didicimus à quodam fratre Elamita, qui de finibus Babylonie egrediens, nunc Hierosolymis vitam exigit monachorum, venationes regias esse in Babylone, & omnis generis bestias mutorum ejus tantum ambitu coerceri. Crom. 1. 5. in Isaiam. cap. 13.

Heliopolis urbs, quæ vocabatur Onia sacerdotis, qui illic templum extruxerat simile Hierosolymitano, quòd permansit usque ad imperium Vespasiani, annis ducentis quinque-ginta, dimicantibus postea adversus Romanos Judæis, ad folum usque deleta est, & neque urbis, neque templi ullum restat vestigium. Hieron. in Daniel. cap. 11.

Mycenæ, quæ urbs Troicis temporibus Græciæ cunctæ imperabat, & regia Assyriorum Nilus, funditis deleta fuit: in Bœotia verò Thebæ, quæ sibi olim Græciæ principatum vindicabant, ad arcem jam unam, & non ita multos incolas redactæ, vetus nomen vix dum servant. Jam verò, quæ cunctas urbes opum magnitudine antecellebant Ægyptiæ Thebæ, & Mynyarum Orchomenus, ne per mediores quidem nunc privati hominis fortunam adæquant, Delos commune olim Græcorum conciliabulum, tantopere jam deserta est, ut præsidio templi amoto, quòd Athenienses vifunt, hominibus: si Delios tantum numeres, profus orbata fit. Babylon omnium, quas unquam solaspexit, urbium maxima, jam nihil præter muros reliqui habet. Quod ipsum & de Tyrinthæ Argolica urbe evenit. Pausan. in Arcad.

CLEOMENES Leonide filius, Lacedæmoniorum rex, Arcadiæ metropolim Megalopolim sedetis religione neglecta opprefcit. Oppidanorum partim armati pro patria mortem optecerunt. Partes populi prope duas jam militaris ætatis, quam pueros, & mulieres, Philopœtem Arcadum du fugiens fecerunt in Messeniam traxit. Reliquos Cleomenes urbe excita trucidavit. Pausan. in Arcad.

Corinthus capta est, & everfa à L. Mumio Achæico Olympiads civi. anno III. Rom. urbis d. c. vii. Plin. 1. 24. r. 2.

Ægyptius Sultanus Tyrum urbem, à Christianis desertam, capiens igne succendit, & à fundamentis diruit, an. m. ccc. xc. Blondus lib. 8. cap. 2.

Terræ vana antiquum oppidum, & caput Morinorum, quorum meminit Virgilius, appellans eos hominum extremos: in finibus Arctiæ Francis continerentur, cum nunc ab illorum, nunc à Flandrorum partibus faret, graviumque diffidiorum semina affidue jaceret, tandem ab Henrico VIII. Anglorum Rege expugnatur anno 1513. qui à Flandris exortatus, totam solo æquari iussit, sola Ecclesiæ Cathedrali, & Canonicorum H. domibus conservatis. Itaque munitiones omnes dejectæ, fossæ impletæ, ædificia diruta. Verum anno 1517. Franciscus I. Rex Franciæ oppidum munitis restituit. Donec tandem à Carolo V. Imp. rursus expugnatur anno 1653. 4. Idus Junii. Postquam autem in potestatem redactum fuit, diripiendum militibus permittitur, deinde ex pacto funditus deletur, absque ulla spe unquam illud restituenti. Videre etiam hodie effossas impletas, ambitum utæunque capacem, at ne fundamenta quidem ædificiorum: ita per vicinos, & Casarianos omnia diruta: præterquam Ecclesiæ majores. Proventus Episcopales Episcopo Bononiensi in Gallia, & Andomarchi cæterum Collegium verò Canonicorum fe parte Ypris translatum est: Everfionis hujusmodi Chronicon tale extat. De Leti. Mor. Inf. Item aliud etiam circumferunt, quod ita fe habet.

IVNVS eX Mor. InIs, VICITICIA signa potentii Dat Carolo: FranC'US VIDIT, & Indo LVII.

Franc. Marcus in Cron. Brabantia ad annum 1553. Præfquam

* Priusquam Antiochia oppidis annumeraretur, & Arx tantummodo esset, quae Schaldi imminere, colligendis vectigalibus opportuna, erat Turminum (nunc Doomo) oppidum muris circum vix mille passibus ab eadem distans, reliquis, & monasterio S. Fredegandi non ignobile. Sed Deus propter corruptos habitantium mores locum exotus, reliquias beati Confessoris alio transferri permisit. Quibus ablatis, Nortmanni, qui totam illam Regionem occuparunt, etiam in hunc vicum irruerunt, eumque funditus deleverunt. *Idem an. 835. in Chronico, ex Sigeberto, & Gorepio Becano.*

Menis nudata.

Maniarum desectio, quatenus panca nomine imponitur, ad Ignominia species referri debet: At hujus est loci propter desectum Manimentis.

LYSANDER captis Athenis muros ex Epliorum sententia dimittit. Eo tempore rogatum ferunt eum a Cleomene juvene concionatore, num contra Themistocles agere, & suadere auderet, atque tradere Lacedaemonis muros, quos ille Lacedaemonis struxerat invitis? respondisse, Nihil equidem, adolecens, diversum ago ac Themistocles. Quippe eisdem muros tam illud civium salutem excitavit, quam nos ad salutem eorundem diruimus. Quando urbes si moenia redderent beatas, Spartam, quae muris caret, omnium esse oporteret miseriam. Igitur Lysander evocavit multos ex urbe tibicines, omnes etiam ex castris coegit. Tum muros diruit, die xvi. Murchionis, quo olim ad Salamina Xerxem vicerat: naves incendit, ad tibiam simul coronatis, orantibusque focis tanquam libertatis foret dies ille auspicio. Mox rempubl. movit ac tringinta viri, decem Piraeo praeposuit rectores. Arcimopolim praesidium, cui harmothem dedit Callibion Spartiatem. *Plut. in Lysandro.*

Oppidorum Hispaniae cis Betim fluvium Polybius auctor est uno die moenia M. Catonis Cof. imperio diruta fuisse, multa illa erant, & vis bellicosis abundantia. Ipe plures urbes, ait Cato, se cepisse, quae egisset in Hispania dies: neque est haec jaentia, siquidem quadringentas fuisse verum est. *Plut. in Catone.*

Occiso Procopio tyranno Chalcedonis moenia a Valente Imper. diruta sunt, quod incolae Procopii partibus favissent. *Culp. in Valente.*

Narrat Niesepp. lib. 15. cap. 27. post Marciani obitum, Genesivum ea, quae adhuc in Africa Romana fuerunt ditiosis, crebris excutionibus afflixisse: & omnium Urbium praeter unius Carthaginiensis, moenia diruisse. Eam namque regni Vandali metropolim constituit. At 95. annis post auctus hic in auctores recidit. Bellisarius enim ex improvise capta Carthagine, Vandalorum regnum Justiniano subiecit.

Nono anno belli Gothici Totilas rex Beneventum vicaptum moenibus nudavit, ne locus aliqui natura munitus, sedes belli fieret hostibus. *Sabellicus. Ann. 8. lib. 3. Blondus lib. 6. Decad. 1.*

Deserta ab incolis, Exhausta civibus.

Strab. lib. Geographiae 14. tradit, Tejos, cum Perfarum contumelias ferre, non possent, urbe relicta, Abdera Thracum urbem demigrasse. Atque hinc illud vulgatum fuisse.

Abdera pulchra Tejarum colonia.

Hoc anigmata proverbialia significamus, non desse quo confugiamus, si quis praeter modum pergat esse molestus. *Erasmus.*

Capis a Timoleonte Syraculis, & Dionysio primum capto, mox etiam lecte Leontinorum tyranno victo, cum civis partim per bella, & seditiones occubissent, partim reguissent tyrannos: forum Syraculis desertum adeo extulerat copiosam, & densam materiam, ut equi ibi palcerentur, quiescentibus in herba equisonibus. Caetera Oppida praeter admodum pauca cervorum, & aprorum erant lustra in suburbis, & circa moenia per otium venabantur crebra. Nemo in arcibus, & praesidiis habitantium sustinebat adire urbem, sed horrores omnes, & odium tenebat fori, reipublicae, suggesti, ex quibus perique exstitissent tyranni. *Plut. in Timoleonte.*

AUCTORIS. NEMPE.

Ab hostibus accepta eversione. Hic solam Direccionem spectamus. Ipsa expugnatio, & Incessio, alterius sunt loci.

Evertebantur urbibus olim araturum inducitur, sicuti in condendis idem adhiberi consuevit. Quare oppida, quae prius circumducta erant aratro, ab orbe, & uruo, Urbes: & Coloniae Romanae omnes in literis antiquis scribuntur urbes, quod item conditae in Roma. *Celsus 1.26. c. 5. A. L.*

Justus Amorrhorum urbes Macedam, Lebnam, Lachim, Egonem, Hebron, & Dabir delevit, omnibus ad internecionem caedis, urbibus incensis, & evertis. *Josue cap. 10.*

Hafor urbs a Josue excisa, ignique cremata, omnibus incolis ferro trucidatis. *Josue cap. 11.*

Ha urbs Amorrhorum munitissima, direpta, & incensa est a Josue, trucidatis in ea duodecim millibus tum virorum, tum seminarum, & in rudus sempiterna solitudinis redacta. *Josue cap. 8.*

Hierichuntum urbem trans Jordanem Josue Israelitarum dux cepit, cum muri clangore tubarum, & ovatione populi concidissent: argentum, aurum, aenea, ferreaque vasa in Domini fiscum reposita, homines, animalia omnia ferro peremit: urbem, quaeque in ea erant, igni cremavit, excepta tantum Rahab meretrice, cum paterna eius familia, & facultatibus omnibus, propterea quod exploratores Israelitarum domi suae occurrerat. Quinctiam Josue, urbe excisa, his verbis imprecat: Infelix sit apud Deum homo, qui hanc urbem Hierichuntum instaurare aggressus fuerit: is ejus fundamenta in sui primogeniti interitum jactat, & portas in suorum filiorum natu minimi pernicium colloct. *Josue cap. 6.* Itaque cum sub Achab rege Israelitarum Hiel Bethelienis eam restaurasset, duos amisit filios, & tale consistit. *Judicum 9.*

Sichem urbs ab Abimelech capta interfectis ad internecionem civibus, & tale consistit. *Judicum 9.*

Quantum ad historiam tam Hebraeas, quam Graecas pertinet, & maxime Herodotum legimus Niniven, regnante apud Hebraeos Josia, & Atyago rege Medorum, fuisse subvertitam: ex quo intelligimus, primo tempore ad Jonam praedicationem aeta penitentia, Ninivitas veniam concitatos: postea vero in pristinis viciis perseverantes, Dei in se provocasse sententiam. *Hieron. proemio in Jonam.*

NABUCHODONOSOR, cum tribus regibus Juda bellum gessit. Cum Joachin primum, quem tributarium sibi fecit: deinde G. cum Jechonia Joachin filio, qui etiam patris nomine saepe nuncupatur, quem tertio regni mense in Babylonem transtulit, spoliata Judaea, praefectoque regioni Mathathia patruo Jechoniae, eumque Mathathiam Sedechiam appellavit, cuius dicit Dominus justitiam, vel ut justitiae in rebus administrandis admoneretur, vel justitiae illius, & ultionis divinae. Sed hic cum Nabuchodonosor parum esset dictis audiens, magnam in se bellum concitavit. Chaldaeus enim ingenti exercitu fines Judaeae ingressus, omniaque ferro, atque igni longe, lateque perpopulatus, Hierosolymas corona cinxit, pressioque diu intoleranda fame Judaeos cepit, ac regem ipsum, oculis prius ante ejus ora liberis, lumibus privavit, catenisque religatum in Babylonem cum toto populo pertraxit, universamque urbem funditus evertit. *L. Vices in 1. 18. August. de Civit. Dei, cap. 25.*

Hierosolyma a Tito Imperatore capta est, secundo anno principatus Vespasiani, Septembris mensis octavo die. Quinque autem prius capta, tunc iterum vastata est. Aegyptiorum quidam rex Aiochabus, & post eum Antiochus Epiphanes rex Syriae, deinde Pompejus & post hos cum Herode Solius, capta H. urbem servavere. Antea vero rex Babyloniorum Nabuchodonosor excidit, post annos, ex quo aedificata erat, mille trecentos sexaginta, menses octo, & dies sex. Primum autem conditor ejus fuerat Melchisedech, qui & nomen ei dedit. Postea vero pulso Chananaeorum populo, rex Judaeorum David colendam suo populo tradidit: & quadragesimo sexagesimo quarto anno post, ac mensibus tribus, a Babyloniis everta est. A rege autem Davide, qui primus Judaeus in ea regnavit, usque ad id, quod Titus fecit excidium, anni mille centum septuaginta novem. Ex quo primum autem condita est, usque ad excidium, anni duo millia centum septuaginta septem. *Josue lib. 17. cap. 18. bell. Jud. Sub rege Joachin Nabuchodonosor Babyloniis Hierosolymam deditione cepit, & principes omnes cum rege Joachin captivos abducit, annis 11. post, sub rege Sedecia, fame per 18. menses urbem domuit. Sedeciam fuga elapsum comprehendit, & excaecatum abduxit: templum cum praclaris aedificiis diruit, & incendit, quod ante 470. annos a Salomone extru-*

extructum fuerat. Reliquias populi in exilium deportavit: relicta plebis fere, quae vineas, agrumque coleret. Captivitas ca 70. annos duravit. *Reg. 25. & Hier. 39.* Paucos Parthor. rex, infidus capto Hircano Hierosolymorum rege, & Phasaelo Ananiam P. Antigonum Aristobulum F. regno restituit, & urbem diripuit. *Josue lib. 14. cap. 25. Antiq. Captis Hierosolymis, & direptis, cum nihil amplius, in quod Romani milites pertinaci obsequio irritati fessarent, superest, iussit eos Tius Caesar totam funditus cum evectae civitatem, ac templum: reliquis quidem turribus, quae praeter alias eminentibus: Phasaelo, & Hippico, & Mariamne: murique tanto, quantum civitatem ab Occidente cingebat. Id quidem ut esset: castrum illic custodia causa relinquendis: turres tantum, Romanorum virtus obtinuerit. Alium vero totum ambitum civitatis ita complanare diruentes, ut qui ad eum accessissent, habitatum aliquando esse vix crederent. Et hic finis, eorum dementia, qui novas res movere tentaverunt, Hierosolymis fuit, clarissima civitati, & apud omnes homines praedictissima. *Josue lib. 7. capite 18. Bell. Jud. Eufeb. 1. 6. de Praep. Evang. dicit, se vidisse illam antiquitus celebratam Simon, junctis bobus a Romanis viris arari, & Hierosolymam instar pomorum custodiae desertam, ad extremam redactam solitudinem.**

Bello Judaico Japha Galilaea urbs munitissima a Tito expugnata est. Nam cum oppidum in aciem progressi a Rom. fugati essent, intra duos muros exclusi a suis, a Romanis caesi fuerunt. Nec multo post urbs capta, Junii caesorum xv. millia fuere, captivorum duo millia. *Josue lib. 3. capite undecimo. Bell. Jud.*

VESPASIANUS Imperator 47. diebus Jotapatam Galilaeae urbem munitissimam oppugnavit, & prodicione tandem cepit Calendis Julii. Eam funditus everit, caestis omnia expulsi. Interfecta fuere toto obsequio tempore xl. millia, capta m. cc. *Josue lib. 3. c. 13. Bell. Jud.*

Bello Judaico Joppe primum a Cestio Gallo Syriae praefecto capta, & Judaei omnes interfecti sunt. Iterum a Vespasiano, cum illic prope quidam collecti, piraticam exercerent, funditus everta est. *Josue lib. 13. c. 15. Bell. Jud.*

HIRCANUS III. Simonis F. Judaeorum dux, & pontifex, cum Samaritiam integro anno obfideret, non contentus urbem capere, etiam solo eam aquavit, indutis illo torrentibus: quorum levitate cuncta sedata sunt, ut ne vestigium quidem superesset oppidi, aut templi Garizani, cui annis post illius extructionem. *Josue lib. 13. c. 18. Antiq.*

Cum ad Ladam insulam Jones, cum Persis pugna navali congressi, superati essent, Milesius cum hoste capta, incensa, & everta est. Milesii, qui effugerunt, una cum Samitis Zanclam Siciliae oppidum occuparunt. Praedictis autem, & ductoribus regis, qui in Sidoniorum parte versabantur, contumeliosa, & superba imperia in Sidonios exercerantibus, a Persis deficiere statuerunt: ceterosque Phoenices ad libertatem occupandum exhortati Sidoniam, legatis ad Neftanebum Aegypti regem, qui Persis erat hostis, missis, ut in belli societatem ab eo coeperentur, omnia, quae bello usui sunt, comparabant. Eos prodicione Tennis regis Artaxerxes domuit. Urbs capta cum lx. millibus civium absumpta. Locum ex incendio vastatum, rex talentis mille vendidit. Ob magnam enim oppidanorum inmensam argentum, & auri vis per ignem conflata est inventa. Hujusmodi interitum miserat Sidoniorum res sortite, reliquias Phoeniciae urbes ad deditionem faciendam, terrore adjecto, impulerunt. *Diod. lib. 16.*

Annus Christi 1289. Tripolis urbs a Mahumetanis expugnata: atrocissima crudelitatis, feritatis, avaritiae, libidinis, postsumptu nimis delicta, quae excogitari ab ulla barbarie possunt ediderunt: pauci navius, qui in portu stabant, excepti, effugerunt. In moenia etiam furor fessit, muros deiecit, fundamenta convellunt, dissipant fossas, & quosoderant, cuniculis sinus explent, adaequant, ne vestigium urbis extitit: tantum parvam arcam muniverunt, quam praesidium tenerent, ne nostri restituerent ruinas conarentur. Latini nihil in Syria, Phoenice praeter Ptolemaidem habebant, eam-

que egregie defendebant. At postquam Benignus magister militiae Templi sagitta venenata ictus interit, animi E Latinis cecidit. Patriarcha Hierosolymitanus, Cypriusque Rex, & quos magis salutis, quam decoris cura tangebat, noctu naves conscendit. Cum procul ab hoste abessent, ac Cypro appropinquarent, exorta saeva tempestate prope omnes fluctibus obruti. Ita qui ferrum evitarant, ignava morte perierunt. In urbe duodecim millia remanserant: obfessi, opugnati, fauci, fessis malis praesentibus, percussis futurorum metu, deserti a suis, victi, expugnati, capti, caesi ad unum omnes sunt. Nec in mortales modo arox Barbari victoris ira fessit sed publica, privataque aedificia templis superum everta, refossa fundamenta, ne indicium ullum esset, ne monumentum urbis extaret: locus etiam ruinarum strage, cum mulgice liberatus, ut nudum solum arandum, serendumque restaret. Hic finis sacri belli in Oriente statui potest: nomen quidem mansit, seruum aliis libellis strictum. *Emil. libro 8.*

Chorus de Troja vastata apud Euripidem in Trojadibus sic ait: — ad euryanoni

amnis dravos id. in. in. troja.

Hac vero magna civitas, non amplius civitas, perit: nec amplius est Troja.

De eadem Ovid. 15. *Metamorphoson.*

— sic magna fuit censuque, virisque Perque decem potuit tantum dare saequinis annos: Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas, Et pro divitiis tumulos ostendit avorum. Clara fuit Sparte, magna viguere Mycenae: Necnon & Cecropis, nec non Amphionis arces. Vile solum Sparta est, alte cecidit Mycenae, Oedipodionem quid sunt, nisi nomina Thebae?

Mycenae clarissima urbem Argivi malevola quadam obtruditione ducti everterunt: quod ipsis celsissimus, ea civitas octoginta homines ad Thermopylas misisset, qui Lacedaemonis praclaris facinoris focii fuere. Ille itaque praeterea quasi gloriae dolor, Argivus ut Mycenae exciderent sollicitavit. *Paul. in Corinthiacis.*

Eretriam Euboeae urbem solo deiecit Perse, instar fagene incolas includentes, ut Herodoti verbis utar: tanta Barbarum multitudo mure fere circumfuderat. Adhucque fundamenta monstrantur, & antiquum vocant Eretriam. Ea vero, quae hoc extat tempore, postea superaedificata fuit. *Strabo lib. 10.*

Phocidis urbes omnes, exceptis Albis, ob direptum Apollinis Delphici templum, ex Philomeli Theotami F. consilio, bello sacro dirutae fuerunt ab Amphictionibus. *Paul. in Phocidis.*

Thebana urbs in Bœotia plurimis, & maximis ulla est mutationibus, non semel everta funditus. Post Deucalionis diluvium, cum Cadmus condidisset eam, quae ab ipso Cadmeae nomen habuit, commigravit in eam populus: quem nonnulli Spartum appellarunt, qui undique congregatus esset: nonnulli Thebenam, quia principio, cum esset ex urbe Thebis, propter diluvium emigrasset, ac dispersus fuisset. Igitur qui tunc eo migrarunt, hos postea debellatos Enchelenes expulerunt, cum quidem daret, ut etiam Cadmus in Illyrios migraverit. Postea cum Amphion, & Zethus loco potius essent, & tunc primum urbem condidissent. Secundo qui in eum locum commigraverant, emigrarunt, cum eo esset reversus Polydorus Cadmi filius, & negotia con-

H. tempisset, propter eam, quae Amphioni acciderat circa natos, calamitatem. Deinceps regnantibus eius prognatis, & tota regione Bœotiae nomen habente, a Bœoto Menalipus, & Neptuni filio, qui in illis locis imperaverat. Tertio emigrarunt Thebani, cum Argi posteri urbem expugnassent. Ex his autem, qui emigrarunt, qui superstere, confugerunt in Alalcomeniam, & Tiphosium montem: deinde digressus Argivus, reversi sunt in patriam. Postea Iliaco bello profectis ad bellum in Asiam Thebanis, reliqui caesi sunt cum aliis Bœotiae a Pelagis, ac non paucis postea caesus exagati, agrè post quantum seculum, secundum editum de corvis oraculum, abierunt in Bœotiam, & Thebas incoluerunt. Ab his temporibus cum durasset urbs ad annos fere octingentos, ac primo Thebani suae gentis imperium adepti fuissent, & postea Graecorum imperium affectassent, Alexander Philippi filius urbem vi captam complanavit. Vigesimo deinde post anno, Cassander gloriae studio,

dio, restituit urbem superstitibus Thebanorum. Adjuv- A runt, & Græcarum urbium multæ habitationem illam, tum propter misericordiam erga miseris, tum propter urbis gloriam. Athenienses etenim magnam muri, partem instaurarunt, & reliquorum alii pro viribus adificarunt, alii etiam pecunias ad usus necessarios miserunt, non solum ex Græcia, verum etiam ex Sicilia, quin & ex Italia. *Diodorus lib. 19.*

ALEXANDER Pheretorum tyrannus, fœderibus, quibus erat cum illo Scoussa urbs Thesaliæ conjuncta, violatis, de improvise urbem cepit: factaque in theatrum irruptione, quò habendæ concionis causa convenerant natu majores, circumdatisque cetratis, & sagittariis, omnes ad unum, ut jaculis configaretur, imperavit. Idemque puberes quotquot essent, trucidandos curavit. Feminas, & pueros sub corona vendidit. De precio, mercenario militi stipendium dedit. Oppressit exitum hoc Scoussas Trifycede summum Athenis magistratum gerentes alterius, & centesimâ Olympiadis, qua secundam palmam Damon Thurius tulit, anno secundo. Kurfus vero cum sua Græcos universa fortuna, altera jam clade fractos, Macedonum armis percussisset, Scoussas ad extremam imbecillitatem redactos, quos Alexandri crudelitas reliquos fecerat, belli metus eiecit. *Pausan. libro 6.*

Megalopolis Arcadiæ metropolis à Cleomene Spartanorum rege excisa. De qua Comicus quidam.

egula perædo toiv ð tyra ð ædus
Eustathius Iliados ð. Vide Tit. Hostium urbes conservare. De ea sic *Paus.* in Arcad. Megalopolis magna alacritate, & conspiratione Arcadum, omnia sibi ad spem optimam de nova urbe proponendum, contra vim Spartanorum condita, veteribus jam omnibus ornamentis, ac pristinis opibus amissis, magna jam ex parte intra ruinas, & rudera jacet.

HIMILCO Carthaginensium dux occupata Messana Sicilia, quæ cum Dionysio tyranno faciebat, ejusque menia demolitus, mandavit inde militibus, ut adificia cuncta diruant, ac solo æquent, neque tegulas, neque ligna, nec materie quicquam incorruptum usquam relinquunt, sed alia incendiis absumant, alia contusa, obrutaque dispergant. Nec ulla cuiquam cunctatio ad mandata fuit. Tanta simul ad diruendos parietes, & evertendas ædes properante, ac fervente multitudine, brevi peractum opus, & oblitterata protinus monumenta omnia, delataque loci species, ac solum, ubi urbs prius steterat, prostratum adeo, proculatæque apparuit, ut vix ulla habitacionis usquam vestigia discerni possent. Conspicuas enim locum illum procul à reliquis insula spatii admodum remotum: præterea omnium, quæ in Sicilia habentur, maxime idoneum, alterum ex duobus sibi faciendum arbitrabatur, aut deletum desertumque penitus reddere, aut tanta ruina obruere, ut neque tempore brevi, neque parva possit opera restaurari. *Diod. lib. 14.*

MUMMIUS cum prælio Achæos ad Isthmum vicisset, tertio post pugnam die Corinthum funditus everit, cremavitque. Viri omnes trucidati, femine, & pueri Mummii jussu sub corona venditi. Venditi etiam servi, quicunque manumissi in Achæorum acie steterant, neque in prælio ceciderant. Ornamenta, & signa admiratione quaque dignissima Romam aportata: reliqua Atalæ auxiliorum duci Philopœmeni donata, & hac ipsa etiam ætate apud Pergamēnos inter cetera Corinthiorum spolia visuntur. Aharum urbium, quæ contra Romanos bellum susceperant, muros Mummius dejecit, & arva civibus acemit, omnem è civitatibus popularem administrationem sustulit. Magistratus ex censu instituit. Tributa universæ Græciæ imposta. Locupletibus extrâ fines suos agrorum possessione interdictum. Concilia omnia singularum Achæorum nationum, sive in Bœotia, sive in Phocensibus haberentur, abolita. Non multis post annis Romanos Græcorum misericordiam cepit. Quare & prisca concilia sua civitati restituta, & agros extrâ fines habere permissum: remissæ etiam, quas Mummius civitatibus constituerat, multæ Bœotios enim ille, & Eubœenses Heracleotas talenta centum, Achæos Lacedæmonios cc. pendere iussit. Hæc illi civitatibus pecunia omnis à Romanis condonata. *Pausanias in Achæis.*

Septuaginta Epirotorum urbes à Paulo Emilio imperatore funditus evertas esse: auctor est *Polib.* victis Macedonibus, & Perse Rege superato: è quibus maximum numerum Molossorum existisse, nimirum mortalium c. & L. millia in servitutem redacta. *Strabo lib. 7.*

Ab Achivis condita Sybaris inter duos fluvios, Chiradum, & Sybaridem: ejus condendæ auctor Iselices. Eâ felicitatis exercere, ut quæternas proximas recessit gentes, & quinque ac viginti urbes suo subdidit imperio, & contra Crotonienses trecentorum hominum millium exercitum duxerit. Totam autem hanc felicitatem intra dies Lxx. Crotoniatis illis interceperunt, adeo delictis, & luxuria imptemperans disfluebant. Urbe enim potiti, indulto fluvio cuncta demeterunt. Paucos ea ex clade superstitis, Athenienses, alique Græci profus exstirperunt. Nam in societatem civitatis pervenientes, eos per contemptum habitos trucidarunt: & urbem alio in loco propè adificarunt, à fonte Thurius dictam. *Strabo lib. 6.*

Bello tertio à Pub. Scipione sex continous dies Carthago per partes capta est. Sunt, qui plures adhuc scribant. Atque ut quoto quæque pars loco in Romanorum potestatem venit, ita incensa, & excisa est. Carthago urbs clarissima, atque una omnium in terris Romani imperii æmula, anno m. cc. xxxvii. quàm condita fuerat. Fuit idem annus Romæ urbis quintus circiter, ac sexagesimus, Olympiadis quinquagesimæ octavæ, ac centesimæ penultimus, ut idem auctor colligit Appianus in centesimam, & sexagesimam Olympiadem Carthaginis excidium. ait incidisse. *Sabellius lib. 9. Enneadis 5.* Post centum, & duos annos fuit denuò reparata, & post iterum à Genferico Vandalo direpta, decimoquarto Kalendas Novembris. *Rodericus Toletanus cap. 13. de Vandalis.*

DIOCLETIANUS Imp. in Ægypto urbes Thebaidis duas Butirum, & Copton, quæ defecerant ad Achillem tyrannum, devictas, ad prodendum adversus fidei defectores exemplum, solo æquavit. *Sigon. lib. 1. Imp. occid.*

Hippo Africa urbs xli. obfidionis mensè à Genferico Vandalo capta, & ultima malorum omnium, quæ hostilis inferre rabies possit, passa est. *Sigon. lib. 12. Imp. occid.*

Alba urbs ob defectionem à Romanis everta. *Sabell. lib. 4. Enn. 2.*

Roma in ipsa adolescentiâ à Gallis direpta, & incensa est, anno quàm condita fuerat circiter trecentesimo, ac sexagesimo. Jam verò omnium gentium victrix, diuque rerum potita, à Gothis Alarici ductu iterum capta est, ac direpta, atque ex parte incensa. Alaricus enim Gothorum rex Romam biennio obsessam, tandem fame cepit, anno Christi 412. nono Calend. Septemb. Urbis 1164. *teste Oroso, & Paulo Diacono.* Cadibus, & incendiis omnia misuit: iis tamen pepercit, qui in templa Apostolorum confugissent. Mortuo Alarico successit Ataulphus propinquus, qui Placidiam Honorii Imp. sororem Romæ captam duxerat uxorem. Is Romam regressus, cupiebat quicquid remansisset eradere, live Romam funditus potius evertere, & alteram diverso loco urbem statuere: abolitaque antiqui nominis memoria, pro Romanis Gothos, pro Romanæ Gothiam nominare: ut nomen suum Ataulphi tanquam urbis conditoris, pro Augusti nomine posteri reciperent. Sed Placidia Ataulphi uxor jam legitima, Honorii soror, Theodosii Magni filia, ob generis nobilitatem, & formæ pulchritudinem marito dilecta, Regis animum à proposito averit. Et quamvis iterum Gothi urbem diripiissent, à cade tamen, & incendio temperatum est. Ita moribus uxoris Placidie lenitus est Ataulphus, qui tum cepit de faciendâ pace, jungendaque amicitia cum Honorio agere: cum quo fœdere percussio, ad Gallias tendit. *Cuspinianus.* Anno Domini 457. vel 459. Valentiniano Imp. interfecto fraude suorum, cum Maximus imperium invalisset, & Eudoxium Augustam sibi nubere coegisset: illa in marii ultionem Genfericum Vandalorum regem cum ccc. millium clasce ex Africa evocavit. Qui Romam omnibus opibus exiit diebus 14. incendiis tamen Leonis pontificis intercessionem abstinuit, anno 47. postquam à Gothis capta fuerat, *Paulus Diaconus, & Evagrius libro 2. cap. 2.* urbem non solum direptione, sed etiam incendio deformatam scribit. Itaque Varronis comprobata tum demum sententia est, qui ex Vestii auctoritate prodidit, quando conditoris urbis Romulo duodecim vultures augurium effecissent, ipsam ad mille ducentos annos mansuram, neque ita multo poststraturam, si quidem hic millefimus ducentiesimus annus urbis conditæ numeratur. *Sigon. libro 14. Imp. occid.* Subinde Odoacer Hercules cum tyrannicè occupavit, anno 476. Quo sublato, Theodoricus Ostrogothorum rex plures annos eandem cum tota Italia tenuit. Recepta inde à Belisario est, bique oblatione fatigata, inedia, & fame prope modum

pemodum cuncta. Demum sub Totila miserabile passa est excidium. Ubi enim Totilas Gothorum rex per prodicionem urbe potitus est, legationem misit ad Justinianum pacis causa: quam nisi præstaret, se Romam funditus everfurum. Legatis infecta re reversis, Totilas furenti similis urbem excindere auctoratus, primò eam munitionibus nudavit, mœnibus pluri tercia parte solo aquatis: Capitolium inde incendit, mox passim adificia publica, & privata subiecto igni deflagarunt. Adtere unâ hæc, simulque Aventinus, Quirinalis, Cælius, cæterisque colles eodem tempore incendio teneri. Exaudiri fragor ruentium tectorum, multarumque ætatum opus, clarissimaque virorum monumenta miserabiliter extingui. Incensa, excisaque urbe, omnis civium multitudo, ne quis extremis patriæ cineribus dare posset lachrymas, per Latii, & Campaniæ oppida dispersa est à Totila. Senatam, & primores civitatis penes se solum joco habuit. Inde Roma egressus, ne unum quidem viventium, marem, feminamve, in ea remanere passus est, ut omni humano cultu deserta urbs, quondam rerum domum, jaceret, magnum omni ævo documentum, quàm parva sit humanæ felicitatis credendum, quæ quo major est, eò gravius ruit, multoque magis affligitur.

cum cadendum sit. *Sab. lib. 4. Enneadis 8.* Interfuerunt à Senonico bello, quo præter Capitolium, omnia sunt à Barbaris fœdata, ad Visigothorum tempora, qui Alarici ductu iterum Romam cepere, anni circiter octingenti. A Visigotho ad Vandalicam direptionem quadraginta quatuor. A vandalis ad Odoacros, & Herulorum regnum duodeviginti. Ab his ad Ostrogothos, & Theodericum quatuordecim. Ab Ostrogothis ad Belisarium, qui Romam ab ea recepit ceteris, circiter quinquaginta. Hinc ad exitum, quod sub Totila passa est, anni duodecim. Ac toties tam brevi annorum spatio domitrix illa humani generis, atque omnium gentium Roma ludibrio fuit Barbaris. Eam defertam viginti quinque dierum spatio Belisarius incredibili celeritate fossa, vallo, propugnaculis, munitionibus sic reparavit, ut eam revertus Totilas non nisi prodicione reciperere poterit. Quàm postea Narfes Gothis denuò eripuit. *Sabellius lib. 4. Enn. 8.*

ROBERTUS GUISCARDUS ad liberandum Gregorium VII Papam, qui à Romanis in arce Crescentii obsidebatur, profectus, ab Amicis Pontificis porta Flumentana (inde dicta Flaminia, nunc de populo) intronissus, Romam incendit. Cæpto Martio ulque ad sanctum Sylvestrum, & Laurentianum in Lucina: quæ hodie vastata cernuntur. Cives armati se obicebant: sed non poterant esse parces copiis illius. Ille per Eiquilias duxit ad Lateranum, ibi aliquandiu desidens, si forte à civibus liberandi Pontificis mentio feret. Confederant illi armati ad Capitolium, quam etiam regionem Henrici IV. Imp. milites, dum adessent, tenuerant statione: abeuntes autem, de more suo incensam reliquerant urbem. Quotidie prælia ad Amphitheatrum. Cùm autem cives nullam pacis facerent mentionem, Guiscardus armatis copiis per medium urbem contendit ad Hadriani molem, demolitoque muro, quem fecerant cives, eductum Pontificem secum perduxit in Campaniam. Hæc est illa urbs Romæ vastata, quam non antea Gothi, non Vandali, non Saraceni, sed auxiliiarii Pontificis fecere Normanni, ut non jam ulla species sit veteris Romæ, sed umbra quedam non magnæ partis. *Cranz. lib. 5. Saxon. cap. 10.*

Capto ab Odoacro Herulorum rege, Ticino, cui se Orestes Momylli E. Imp. militiæ Magister incluserat, 10. Cal. Sept. miserabilis clarissima urbis est vastatio subsecuta. Ut enim quicquid divitiis excellere existimatus est, sic ad prædam maxime requisitus. Inde, ut eosdem ad prodendas, si quas occulissent, pecunias cogenter alii tectis faces subjecerunt, alii ad necem dominos evocarunt, alii ad episcopium nefaria sacri diripiendi facturi inflammati libidine concurrerunt, atque opes Ecclesiæ à terra quoque, ubi absconditæ fuerant, eruerunt. Epiphanium Episcopum, quo plura daret, plura habere putantes. Demum tanta clades illata, ut per multos ante annos oppidum nullum aut scædus capium, aut miserabilibus expugnatum sit: quippe civibus passim, aut servitute, aut morte multatis urbs direpta una cum duobus templis propè arsit incendio. Epiphanium verò cum in cæteris charitatis officiis sanctissimè gessit, tum in primis germanam suam, cæteraque mulieres, quæ libidini hostili præcipue obnoxie videbantur, servitute exemit. *Sigon. libro 14. Imper. occid.*

Aquileja urbs nobilissima, & quæ ad id usque temporis claustrum Italiæ adversus irruptiones Barbarorum firmissi-

mum, & semper invictum extiterat, ab Attila Hunno an. 452. capta, atque deleta est. Jornandes Alanus diu obsessam fuisse scribit, quòd spatium Paulus Diaconus, quasi Jornandem interpretans, triennium continuum fuisse expulset, quem deinde omnes secuti sunt. Atque Cassiodori, Marcellini, & Jornandis, qui omnes his proximis fuerit temporibus, testimonio fati liquet, Attilam anno 452. in Gallia rem gessisse, sequente Aquilejam in Italia evertere. *Sigon. lib. 13. Imp. occid.*

Cremona à Vitellianis militibus recepta, cum Antonius Vespasiani dux in balneum concessisset, creorem absterferet: excepta vox ejus est, cum forte balnearum tepore excufaretur, futurum ut statim incalcerent: ac tum demum quæ signum dedisset ad urbem incendendam, quadraginta millibus militum uno agmine irruptentibus, cives indifferenter cæsi, res direpta: tecta, & parietes quadriduo ignis absumpsit. *Sabellius libro 3. Enneadis 17.* Post etiam Agnuphulphus Longobardorum rex Cremonam cum Græco Exarcho facientem adortus, post trigessimam diem vi captam diripuit, ac solo æquavit. Mantua inde obsideri cepta, defenlaque est plures dies: postremò muris haud uno loco disiectis, dedicio facta est. Agnuphulphus deditam magna ex parte mœnibus nudavit. *Sab. libro 6. Enn. 8.*

Mediolanenses fame à Friderico I. Imper. anno 1162. ad deditionem coacti fuerunt. Consules ex auctoritate consilii Laudam ad Fridericum profecti, strictos gladios tenentes, liberè se omnia, quæcunque ille imperasset, facturos, atque eodem quoque cives suos omnes Sacramento obligatos jurarunt. Post biduum trecentos equites totius civitatis nomine, triginta sex vexilla, & claves civitatis detulerunt, ac præceptis ejus se parituros jurarunt. Inde mille pedites catrocinum adduxerunt, ac nonaginta quatuor alii tubas civitatis obtulerunt. Postridie Fridericus edicto imperiali sublato quadringentos obsides postulavit: ex quibus centum, & octoginta sex ex ordine equestri retinuit, reliquos ad numerum conficiendum ex ipsa nobilitate exegit, atque ad singulas urbis portas murum distici, & fossam repleri iussit, quantum exercitui quadrato agmine ingreffuro foret satis, postremò justurandum à singulis postulavit. Consilium inde atrox, sed necessarium cepit, ad reliquam Lombardiam pacandam, atque in fide, & officio continendam, urbis Mediolanensis defendendæ, populique superbiæ, ac potentie comprimendæ. Consules, quia imperium reculare non poterant, universos abire urbe iusserunt. Ita septimo Calend. April. Mediolanenses mœlli, ac se, fortunamque suam, quod non potius armati occubissent, quàm incolumes ad eam necessitatem venirent, execrantes, urbe exierunt, atque alii Comum, alii Bergomum, alii Laudam, ut quicque necessarios, atque hospites habuit, abierunt. Vulgus ipsum non solum consilii inopem, sed parum etiam mentis compos: circum fossas reflictit, extremum patriæ casum expectaturum. Erat autem fœdus, ac miserabilis præter cæteros aspectus mulierum, ac puerozum, ingentibus omnia clamoribus, ejulatibusque replentium, atque opem furdis hostium auribus implorantium. Ubi exhausta urbs incolis fuit, Fridericus cum exercitu victore accessit: & ne fidem fallere videretur, per ruinas murorum, non per portas intravit. Inde negotio vicinis civitatibus id muneri sibi præcipue depositibus, dato, urbem, paucis templis servatis, excidit. Laudenses adificia portæ Orientalis diruerunt Cremonenses Romam, Papienses Ticinensis, Novarienses Vercellinæ, Comenses Comensis, Seprienses, & Marthesani Novæ. Arcus, theatra, thermæ, quæ ex antiqua urbis fortuna adhuc supererant, deletæ: demum profana discussa omnia, præter turres aliquot, & partem mœnium, quinque tegra propter operis firmitatem remansit. Tempia solita, & Abbatie populatæ. Brolium, ut ajunt, ad perpetuam sterilitatem sale diffeminatum. Ad cæteras calamitates illa quoque Mediolanensis est adjuncta, quam ipsi omnium gravissimam judicarunt, quòd veneranda trium Magorum corpora, magna religione ab eis culta, Reinaldus Colonienfis Archiepiscopus urbe extraxit, eaque Italia cedens, Coloniam transportavit. Cæterum octennio post, cum ob præfectorum Casareorum tyrannidem ab Imp. Lombardi defecissent, civitas reedificari cepta est, multoque amplior, & augustior. *Sigon. lib. 13. & 14. Reg. Ital.*

Hamburgum, Metropolis Aquilonarium regionum, sexies ob Christi nomen ab impiis cladem passum. Prima, vivente adhuc Magno Carolo, facta est à Vullis, Vandalorum gente. Imperator calamitatem urbis miseratus, Ecclesiam cum oppido justit instaurari. Altera à Normanis, sub Angario Archiepiscopo, cum ille Ramfolam cum sanctorum reliquis petisset; Deinde

tedaque in prædiis suis deprehensos non attigerint: quædam hortæ circa domum auream, quorum spatium maxime desiderabat, ut bellicis machinis labefacta, atque inflammata sint, quod faxeo muro constructa erant. Per sex dies, septemque noctes ea clade fœvitum est, ad monumentorum, bustorumque diversoria plebe compulsa. Tunc præter immensum numerum insularum, domus prætorum ducum arserunt, hostibus adhuc spoliis adornatæ, deorumque ædes ab regibus: & deinde Punicis, & Gallicis bellis votæ dedicatæque: & quicquid visendum, atque memorabile ex antiquitate duraverat. Hoc incendium è turri Mœcenatiana prospectans, lætutque flammæ (ut ajebat) pulchritudine, *Æneas*. Illi decantavit in illo suo scenico habitu. Ac ne non hinc quoque quantum posset prædæ, & manubiarum invaderet, pollicitus cadaverum, & ruderum gratuitam egestionem, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit: collationibusque non receptis modò, verum & efflagitatis, provincias, privatorumque census propè exhausti. *Suetonius*.

Sub Tito Imp. incendio è terra oborto, Romæ Serapidis, & Isthis fana, septa, templum Neptuni, thermæ, Agrippæ Pandion, diribitorium, theatrum Balbi, scena Pompei, Octaviz porticus cum bibliotheca, templum Jovis Capitolini cum fanis vicinis igni consumpta perire. Et malum id divinum potius, quam humanum videtur fuisse. *Dion*.
Sub Antonino Pio terræmotu Rhodiorum, & Asiæ oppida conciderunt: & Romæ incendium, quod trecentas quadraginta domos absumpsit. Et Narbonensis civitas, & Antiochenfe oppidum, & Carthagenicæ forum arsit. *Julius Capitolinus*.

COMMODO imperante, Roma urbs fœdo incendio deformata. Ortus ignis in templo Pacis, quod in via Nova fuit: nobilissimumque urbis ædificium primò deflagravit, & cum eo multorum pecuniæ, quas eo civitas, velut in sanctissimum reposituerat tærarum Artur, & Vestalis ædes, unde depromptum est Palladium, in apertum, nulliantæ, nisi Vestalibus, & Pontifici usum. Plures inde dies ea est clades per urbem grassata, plurimaque interim ædificia publica, & privata consumpta sunt. Crediderunt multi, nocturni casu fulminis id incendium constatum: sed res eò prodigiosior visa, quòd sereno, ut *Herodianus* scribit, cælo accidit. *Sabellicus libro 3. Evadit*.

Patavium jacuerat ab Atilano excidio fœrme sexaginta sine moenibus, fossa, vallo, omniumque humano cultu propè modum deserta. A Theodorico Gothorum rege fossa, & vallo primum muniti cepta est. Intercessere jam inde anni circiter centum, & viginti à prima instauratione ad Agilulphi Longobardorum regis, eò quòd urbs Græco Exarcho favore, oppugnationem: quo temporis intervallo & publica, & privata ædificia ex æteribus, quibus abundat regio, nec ulla fere alia consisterent materia. Hanc ædificiorum formam contemplatus hostis validiore ventorum flatu incensas in adversa tecta immisit faces sagittariorum opera ad id usus. Constatum est illic incendium, ac pars multò maxima tectorum flammis consumpta, eaque clade perterriti, deditionem Patavini fecere. Barbari, dedita urbe, civibus cum præsidio dimissis, quòd reliquum fuit flammis dedere. Atque sic accidit, ut Patavium anno fere centesimo post, atque octogesimo, quam ab Attila fuerat excidio deditum, sit tunc iterum à Longobardis excidium. *Sabellicus lib. 5. Evn. 8. In Bonif. 1. 8. Dec. 1. Anno Christi 1174. 4. Non. Martii, totum fere incendium fuit absumtum, cum occulto ignis in ædes adversæ factionis, à scelerato quopiam injectus esset (contendebant autem inter se Jordanus S. Benedicti Novelli Prior, & Lucius Transalmandus patricius.) Ad 2614. domorum ea clade confagravit. Extatejus rei testis, lapis ad Basilicam D. Acantiani positus M.C. LXXIV. Arsit. Padua Bernard. Scardone in historia Patavina.*

Mephris templum ante Cremonensium moenia fuit quando loco, seu numine defensum, ubi exusta est Cremona Vitellianis, Flaviansque bellis, anno postea quam condita fuerat ducentesimo octogesimo sexto, T. Sempronio, & Cornelio consulibus, ingruente in Italiam Annibale. *Cælius 1. 24. cap. 25. A. L. Incenta iterum ab Agilulfo rege Longobardo qua Græcis pareret, anno 605. Bernard. Saccus lib. 8. histor. Ticinens.*

Anno 1004. Papia, ut sortuitò, fere miserabili incendio propè universa consumpta, vehementius animos omnium, ac peiora concussisset, nisi inaudita frugum omnium consecuta penuria sua res quemque respicere coegisset. *Sigl. 7. reg. I. 171.*

ERLEMBALDUS, Mediolanensis populi ductor, Gothifredum Archiepiscopum ab Henrico IV. rege Germanorum dicitum, (cum Vido se abdicasset sponte) Castellioni obsidebat, anno 1071. Extremo Quadragesimæ spatio ingens Mediolanensi incendio excitatum. Ad id refingendum cum plurimi è castris, quæ ad Castellionum erant, recessissent, oppidanis locum ad erumpendum dederunt, qui magno conatu egressi, Erlembaldum cum maximo sui periculo invictum obsidione decedere compulerunt. Eo incendio magna pars urbis ad solum exusta est. Incendium inde Castellionense apud posteros celebre mansit. *Sigon. reg. 9. Ital.*

Circa annum Salutis 1109 duplex incendium, unum post alterum, duorum mensium spatium inter utramque cladem interjecto, Venetam urbem propè modum absumpsit. Sed posterior multò calamitosior, fœdecim infulis continua clade consumptis, & cum his parte una Ducaria domus. *Sabellicus libro 4. Etno. 9.*

Venetis incio anni 1514. tertio Idus Januarii, de prima vigilia, in Rivalto, frequentissima urbis regione, repentinus, ac validus ignis multiplicis mercimonii tabernas primum inflammavit: mox juvantibus Aquilonibus, qui levissimi ea nocte fortè perflabant, attinga cuncta ædificia corripuit. Mirum dictu, ac visu horrendum, quanta velocitate & simul cœperit, & ad dextra, lævæque in immensum populabundus innumeras ædes, D. Joannis templum, & cuncta simul, quæ ad Farinas (id loci nomen est) & ad forum Piscarium vergunt, absumpsit: ita ut momento temporis super semijustas, & corructas domos, miserabili vastitate insolitum, atque inane loci spatium flammæ patefecerint. Eadem violentia hauritis nummulariorum officinis, rectè perargentarios ad templum Apollinariis usque pervagatus, nihil reliquum fecit, præveniendi remedia miserorum fuit rapiditate, atque fœvita. Stetit intactum D. Jacobi vetustissimum sacellum, circumambustus lateribus, quo nihil antiquius Venetis haberetur, utpote quod in ipso nascens urbis primordio ab circumjectis populis, in Hadriaticas paludes Barbarorum metu fugientibus, ædificatum fuerit. Inde per perpetuum noctem debacchante flamma, neque exitus calamitatis, neque remedium reperiebatur. At prima luce cum magistratibus Andreas Grittus supervenit, iussitque fabros continuo demoliri domos ardentibus junctas, ut grassantibus incendiis liber campus, atque ipsum cœlum occurreret. Ita tandem restitutum est. Fuere, qui non casu, sed dolo id factum crederent: quod eodem quoque tempore puncto, diversâ in regione urbis, cœnobiorum Cruciferorum confagraverat, sublecebantque criminis, & invidiæ Germanos, tamquam in pari calamitate illata, & similem injuriam ulcisci contenderet: quoniam superiore anno oppida duo in Germania fraude Venetorum artifice dicebantur. *Jovius libro 12. Hispan.*

Incendio, quo Feltria à Maximiliano I. Imp. Rom. militibus confagravit, anno 1509. turris portæ oppidi imminens concidit, qua in turri carmen folido in lapide legebatur, antiquitate mira præditum. Is lapsus igne absumptus, haud parvo civitatis desiderio interit. Carmen erat hujusmodi:
*Feltria perpetuò nimium damnata rigori,
Fortè tibi posthac non adœunda, vale.*
Supra carmen Julii Cæsaris nomen erat inscriptum. *Bembus lib. 9. Hist. Venet.*
GULIELMUS Normannus Angliæ regnum occuparat. Angli exules Canurum III. Danorum regem in insulam ducunt, Eboracum versus. Normanni, qui urbis præsidio relicti erant, Hæne suburbana ædificia Dacis usui forent, ea incenderunt. At subortus repente ventus, vagantem flammam ad eò in altum, lætæque evexit, ut ignis frequentes globi intra moenia cadentes, majus intrâ, quam extra incendium fecerint, quo penè omnia ædificia cum templo D. Petri absumpta sunt. Quare omne præsidium, ac civis exire compulsi, consertim fugientes, in hostes, qui jam appropinquabant, inciderunt. *Polydorus lib. 9.*

Sub Philippo II. rege Francorum Carnutum urbs incendio sortuito maxima ex parte fœdata. Ædes Virginis cremata, & septum: in eoque quamplurimi mortales absumpti. In Bellovacorum finibus corvos nostro carbones candentes tectis intulisse, incendiumque conlasse, credidit. *Emil. libro 6.*

EDOUARDO I. Anglorum rege contra Scotos defectores exercitum ducente, anno 1297. Scoti, ut venientem hostem finibus prohiberent, in agrum Anglicum egressi, ac prædas ubique facientes

facientes, Carliolum obsident, atque casu inaudito ita ferente incendium, factò intus incendio ab exploratore Scoto, qui fortè captus in custodia erat, auditoque suorum adventu, & se neci, & urbem igni dedit, quem postea ventus per omnes fere vicos diffudit. *Polyd. lib. 17.*

Anno 1152. dimidia pars opidi Audomari cum templis Dionysii, Joannis & Martini, surgente ex cœnobio D. Bertini incendio, Nonis Septembris confagravit. Numinis ira, inquit, Meyerus, id accidisse creditum, propterea quod ex duodecim Monasteriorum antistibus, epulis, vinoque meris (eò enim convenerat de Bertino sacro ad solemne convivium) nemo inventus sit, qui ad nocturnas, matutinasve foret preces. *Chronicon Flandriæ.*

LOTHARIUS Romam proficiscens, pro inauguratione impetranda, Ostergium venit, ubi gravis excitata est seditio inter civis, ac regis Ministros. Qua servente, incendium extortum est, quo tota penè civitas perit: plurimi etiam homines cæde, ac flamma igni extincti, anno 1127. Eodem anno Moguntia civitas, & Cathedralis templum pulcherrimè ornatum, ac Monasteria aliquot Spire, & Argentorati, & tota penè Goslaria, & Salina Saxonium confagravit. Hac ad annum 1136. Saxonia Chronicon refert, & uno, eodemque die accidisse narat.

Anno sequenti Trajecti, ipis feriis Paschalibus, omnia templa, cum magna civitatis parte incendio perire. *Chronic. Germanicum.* Gandavi orto de nocte incendio, dimidia pars urbis, cum templis Michaeli, & Jacobo dicatis perit. *Chronic. Flandriæ.*

Anno Domini 847. sub imperio Lotharii in civitate Padæburnensi, visi circuli duo ad solem, quorum interior Ecclesiæ magnitudinem, exterior urbis complexus fuerat latitudinem. Vix dum evanuerat, extortum est incendium, & urbs penè tota cum Ecclesiâ confagravit, versaque est dies meridiana in noctem. *Lycoll. in Prong. ex Crantzii lib. 6. Metrop. cap. 23.*

Anno 1160. Nonis Aprilis, urbs Frisingensis penitus, cum universis templis, Sacerdotumque contuberniis, cœlesti igne absumitur. Hanc calamitatem, inquit, Radevici, nonnulla prodigiorum indicia præcefferunt. Quadam enim vice in die circumfisionis Domini, dum ad Missam solemnem Presbyteri altari majori assisteret, & jam sacri secreti ultimum resolvisset silentium, calix cum sanguine ita profusus eversus, & super altare in conspectu omnium effusus est, ut nec stilla superesset. Per idem tempus monstra quadam quadrupedia, aliæque phantasmata de nocte visa sunt tam à Clericis, quam à Laicis hinc inde volare. Vulpes, & lepores domos canonicorum ingressæ velut domesticæ fere capi permittentur. Pueri, ac puellæ per mediam civitatem sepius processionem agentes, versaque litanias imitantes, joci suis fere portenderunt. Ululæ, upuæ, bubones toto anno in tectis, funebria personantes, lugubri voce aures omnium repleverunt. Pilosi, quos Satyros vocant, in domibus plerumque auditi. *Radevici lib. 4. cap. 13. de gestis Frierici.* Eadem fuit & Spirense Ecclesiæ fere iisdem diebus fortuna. *Ibid. cap. 14.*

Anno 1472. apparuit terribilis in cælo Cometes per mensem Januarium insequentem, grandi cauda, multa minutus, quæ sequuta fuit, mala, lævo lumine cœlum contristavit. Æstate cum insequente terribili incendio magna pars Erfordiæ arsit, immisso igne per conductibus. Concrematæ duæ Ecclesiæ collegiate, cum ponte mercatorum, & insigni urbis parte. Machinatus est homo militaris generis quidam, quòd & urbi, & Langravio esset inferendus. *Crantz. lib. 12. Sax. c. 10. In lib. 13. Vandal. c. 7.*

Circa annum Salutis 1424. tribus uno tempore locis satis distantibus (quod prodigii loco habitum est) exorta sunt incendia, Gedani in Brussia, Tanclem in Vandalia, Duderstat in Saxonia, Ecclesiæ, & Monasteria unâ confagravit, cum multis mortalibus. Ferunt nulla vi aque, nulla denique subversione domorum succuri potuisse: donec à fundamentis omnia confunderentur, quæ illud incendium attigerat. *Crantz. lib. 11. Vandal. cap. 2.*

Lubeca, urbs Saxonie nobilissima, quater incendium passâ. Primò sub Adolpho Comite Holfatiæ. Secundo vix benè consummata (cum eam acciperet Henricus Leo) anno 1209. cum utque ad quinque domos periret, quæ hodie nomen servant, ut vicus quidam domorum vocetur. Tertio circa annum 1240. pro media parte: Tandem anno 1276. Ex quo quarto incendio, eo, qui nunc cernitur, ordine, constructa est, *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

ut in longum velut per dorsum duæ tendantur plateæ: ex lateribus autem velut costæ deriventur viculi, hinc ad Travenam fluvium, inde ad lacum Vvokenisam: qui utriusque civitatis muros alluunt. *Crantz. lib. 7. Vandal. capite 14. In 34.*

Anno Christi 1518. mense Junii, horrenda Solis eclipsis, genesim Maximiliani Imper. vehementer ostendens, cique lethalis, cælo Vieng apparuit, & ea ipsa horrendum excitavit incendium, quo platea amoenissima urbis, quæ Cantorum vulgò dicitur, magna parte exusta est. Maximilianus Oeniponte cum suis agens, hoc casu commotus, in fœbrim incidit lentam, qua tandem perit. *Cuspin.*

Anno 1112. plus quam dimidia pars Moguntia urbis incendio perit, unâ cum bis mille hominibus, inter quos & ducissa Lotharingia Mathildis numeratur. *Valent. Muncer.*

Vormacia icu fulminis combusta est anno 873. juxta Marianum Scotum.

Arbor Felix, urbs ad lacum Podamicum sita, an D. 1494. incendio tota perit, subiecto igne à nebulonibus quibuldam, in prytaeco Arbonensi a tenecis educatorum, quorum pater suspensio à magistratu fuerit necatus. *Stumpsius.*

Berna Helveticorum gravissimis incendiis conflata est. An. D. 1286. tota perit. 1383. magna ex parte 1403. gravissimè 1535. ultra 27. domus.

Urbs S. Galli A. D. 1215. 2. Maii incendio tota perit, excepto Monasterio. Anno 1314. 15. Octobris, rursus unâ cum cœnobio confagravit, sex domibus tantum exceptis. Iis cladius vexati civis, negotiationi linearum vestium fere totos dederunt. Anno 1368. ignis rursus non exiguam partem urbis absumpsit. Rursus anno 1418. mense Aprilis, urbs cum cœnobio igni ita vastata est, ut 17. domus tantum superessent. Mox instituta vigilie nocturnæ 30. vorum, & vento bacchante, 14. speculatorum. *Stumpsius.*

Schaffhusia, ad majores Rheni cataractas urbs Helveticorum nobilis, igne fœdè vastata est, ut vix quarta pars integra superesset. A. D. 1372. *Idem.*

Constantia ad lacum Podamicum sæpè, multumque incendiis vastata est. Maxime verò An. Dom. 1314. igne excitato in ædibus Judæi, qui ob legationem sabbathi manus igni ad movere volebat. Rursus anno 1349. Judæus, qui vi coactus superstitionem suam abjuraverat, igne domus fere objecto se ipsum, cum duobus filiis exussit: per se denique clamans, se in fide Judaica constanter moriturum. Vicinia tota confagravit. *Idem.*

Cùm Salomon Ungarorum rex Alban Graciam, Bulgarorum partes secutam, jam tertium mensem obsideret, Pannonica virgo in Syrmieni agro capta, & Albæ in servitium asserta (quod an casu, an ex industria, ulciscendæ captivitatæ gratia factum sit, non satis constat) clam in urbe incendium suscitavit: quod sub soloano flante utque adeò adactum est, ut mox longè, lætæque grassari videretur. Ungari, quæ facilius dirutis moenibus aditus offerrebat, hac urbem subeunt, Bulgarios, Græcos, ac Bessos obtruncant, qui primum occurrerant. Ceteri in fugam versi, cum Nicota eorum duce, in arcem se receperunt. *Bonif. lib. 3. Decad. 2. hist. Virg.*

VENCESLAO IV. Boemis imperante, eo ipso anno, quo Prolemais à Saracenis occupata est, Praga fœrme universa igne familiaris exusta, liberalitate regis, civiumque diligentia ita instaurata, ut felix incendium fuisse videretur. *En. Sylvius historia Boem. cap. 28.*

Anno 1125. Cracovia metropolis Polonia, penitus confagravit: incertum, sortuito incendio, an à Boemis clam subornato, Propter receptum Sobieslaum exulem. *Cromer. lib. 5.* Anno Christi 1462. Cracovia horrendo incendio in cœnobio Dominicanorum sodalium è fornace alchymistica, quemadmodum vulgò jactatum est, orto arsi, ita ut dimidia fere pars urbis ad meridiem, & occidentem solem vergens absumeretur. *Cromer. lib. 24.* Anno 1493. ultima Junii atrox incendium, post occasum Solis grassatum, maximam urbis Cracoviæ partem, quæ ad Septentrionem, & Occidentem solem vergit, cum tectis turrium, & menium, atque templis absumpsit. Post quod tempus Judægorum domicilium: qui eo usque ipsam in urbe habitant, grassante incendio illo à militibus excussi erant, Cazimiriam translatum est in ripam Vistule: quem locum Cazimirus magnus gymnasio destinavit, & exædificare cepit. *Idem lib. 30.*

Anno 104. Cazimicia, quæ Cracoviæ ponte jungitur, è

